

nunc ex Decreto Sac. Cong. de Propaganda fide
 subscribuntur à Patre Provinciali, et Civitate
 Tibuli rationum, que in Urbem mittuntur sunt. Et.
 Vetus, vestitus, Provisio familia Fabrica
 suppellex, Infirmitas, Bibliotheca, debitorum
 persolutio, varia.

Post victum intelliguntur victualia varia, que in
 annulo pro longiori tempore commode emi ne-
 queunt, qualia sunt exempli gratia, pisces, lacti-
 cinia, certi generis Carnes, olera, legumina, et
 his similia, que quotidie si fore comparantur.

Per provisionem intelliguntur illa, que pro longiori
 tempore, immo aliqua pro toto anno (quando
 utiliori pretio conquiri possunt) comparantur,
 ut sunt frumenta varij generis, pro pane, Cerevi-
 lia, pro pabulo equorum, oleum olivarum,
 mel pisces sicci, Lupulus, varij fructus, aroma-
 ta, et his similia.

Per vestitum intelliguntur vestes varie, videlicet
 inferiores, et superiores estuales, et hyemales,
 Lectis servia estualia, et hyemalia, belapros
 indumentis albis, pelles varie, et his similia
 contra gravem nostram hyemem operimenta

Per familiam intelligitur stipendium, quod ipsis
 annuatim solvetur pro labore, qui bus insuper
 dantur vestimenta hyemalia, et estualia, Cibi,
 et his similia, que includuntur sub communibus